



Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

Binsfeld, Peter

Avgvstae Trevirorvm

VD16 B 5530

11. Præludium. Licet apud antiquiores Doctores res dubia fuerit, an angeli & Dæmones sint corporei, necne: tamen nunc temerarium videtur asserere esse corporeos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41113

72 DE CONFESSIONIBVS

eius inferior morem geret, non autem æqua-
lis, qui voluntariè concurret quasi coactus vi-
deatur suis incantationibus ad coniuratio-
nem Magi. De hac re legendus Franciscus Vi-
ctoria in relectione de arte Magica, à nume-
ro 23.

II. Præludium. *Licet apud antiquiores
Doctores res dubia fuerit, an angeli & Da-
mones sint corporei, necne: tamen nunc te-
merarium videtur asserere esse corporeos.*

PRIMA pars certa est ex August. lib. 21. cap.
10. de Ciuitate Dei, qui fatetur multos do-
ctos in ea fuisse opinione, quod sint corporei,
& præterea addit. Si quisquam nulla habere
corpora Dæmones asseuerat, non est de hac re
aut laborandum operosa inquisitione, aut cō-
tentiosa disputatione certandum. Aliquando
Iuxta Apulei & Platonicorum sententiam sub-
tilia corpora habere videtur opinari. Acce-
dunt Origen. lib. 2. Periarchon. cap. 6. Laetan.
Firmianus lib. 2. diuinarum institut. cap. 15. &
alij alibi. Secunda pars confirmatur: scriptura
huius parti maximè fauet. Ephes. 4. Non est no-
bis colluctatio aduersus carnē & sanguinem,
id est, aduersus res corporeas. Psal. 103. angeli
vocantur spiritus. Qui facit angelos suos spi-
ritus: Luc. 24. Spiritus carnem & ossa non ha-
bet, sicut me videtis habere. Et Marci 5. Legi-
tur in uno homine Legio fuisse Dæmonum.

Quo-

Quomodo in vno corpore humano tot corpora latere potuissent? His accedunt Symbolum Nycænum, quod DEVM creatorem visibilium & inuisibilium pronunciat: Conciliū Lateranense sub Innocentio tertio, cuius verba habentur in cap. Firmiter credimus, de summa Trinitate. Creator omnium visibiliū, & inuisibilium: Spiritualium & corporalium: qui sua omnipotenti virtute simul ab initio temporis utraniq; de nihilo condidit creaturam, spiritualem & corporalem: angelicam videlicet & mundanam: ac deinde humanam, quasi communem ex spiritu & corpore constitutam Communis Doctorum sententia etiam consentit. D. Dionys. de diuin. nominib. cap. 4. Damasc. lib. 2. de fide, cap. 3. Grego. Nazianz. lib. 2. sue Theologie in fine. S. Chrysost. hom. 22. super Genes. S. Thom. I. par. q. 50 art. 1. & 2. S. Bonavent. in 2. d. 8. q. 1. Gabriel. Scot. Richard. Dionys. Carthusian. & communis in 2. d. 8. Alexand. Halen. 2. p. q. 34. memb. 1. & hæc est communissima sententia, cui contradicere non caret temeritate. Aristoteles etiam 6. metaphys. t. 2. & in lib. 2. de Anima, & in 12. metaphys. & alibi tradit, intelligentias re & ratione à materia esse separatas, & in hac re nulla apud Philosophos est controuersia.

12. Præludium. *Demones possunt assumere corpora, & in ipsis apparere hominibus.*

E,

Hoc